Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/320225

THESES

JURIDICAE INAUGURALES.

15

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

CORNELII GUILIELMI OPZOOMER,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. ET JUR. UTR. DOCT. PHIL. PROF.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

FRANCISCUS DOMINICUS CONSTANTINUS VICTOR ARIENS,

Haganus.

A. D. SATURNI, QUI ERIT XXXI M. JAN. A. MDCCCLII, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD P. W. VAN DE WEIJER, TYPOGR.

MDCCCLII.

THESES.

I.

Ut vivus habeatur esse natus, jure Romano non requiritur ut partus sit vitalis.

II.

Duos fuisse Pomponios non recte creditur.

III.

Qui beneficio competentiae usus est, postea ad reliquum solvendum cogi non potest.

IV.

Pignus, quod naturali obligationi accessit, non majorem habet vim quam ipsa obligatio.

V.

Creditor, cui nomen pignori datum est, et qui hoc ab eo emit, habent utiles ex nomine actiones in personam.

VI.

Art. 2 Cod. civ. non eam habet vim, ut servus, ita liber factus, postea in patriam reversus, liber maneat.

VII.

Communione bonorum atque lucri et damni exclusa, nihil remanet inter conjuges commune.

VIII.

Est antinomia art. 954 inter et artt. 991, 1000 Cod. civ.

IX.

In art. 1463 Cod. civ. verba *kunnen in vergelijking gebragt worden* de ipso jure facta compensatione sunt intelligenda.

X.

Negotiorum gestorum actionem non habet universitas, quae ex art. 13 legis 28 Nov. 1818, (*van het domicilie van onderstand*), pauperem ad se non pertinentem aluit.

XI.

Ex ratione juris probanda mihi videtur art. 321 § ult. Cod. merc.

XII.

Creditori hypothecam habenti cum clausula art. 1223 Cod. civ. non praefertur curator.

XIII.

Fons potestatis moratorium concedendi non in jurisdictione est, sed in imperio.

XIV.

In priori lite victori non licet appellatione, *incidentali* quae dicitur, uti contra eum, qui secum rursus in litem vocatus est.

XV.

In Cod. poen. nox illud est tempus, quod, in singulis locis, communiter somno datur.

XVI.

Aequum est, iteratum delictum graviori affligi poena.

XVII.

Homicidii reus est qui mori volentem, quin et caedem implorantem, occiderit.

XVIII.

Qui ex art. 22 § 2 Cod. quaest. crim. querelam detulit, postea dereliquit, actionem publicam inhibere nequit.

XIX.

Pactum sociale, quasi civitatis fundamentum, est phantasma.

XX.

Nocent quae usuris modum imponunt leges.

XXI.

Fides (*het crediet*) sortes non auget.

XXII.

Egestatem auget pauperum tributum (*de armentax*).